



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de
monte Carmelo**

Trithemius, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1643

Avberti Miræi Bruxellens. &c. Origo atque incrementa Ordinis
Carmelitarum. &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

ORDINIS
CARMELITANI,

Ab ELIA Propheta primùm in-
choati,

Ab ALBERTO Patriarcha Iero-
solymitano vitæ Regulâ tempe-
rati,

A B. TERESIA virgine Hispana
ad primæuam disciplinam re-
uocati,

ORIGO atque INCREMENTA.

Authore

ALBERTO MIRÆO Bruxellensi, Proto-
notario Apostolico, & S. Theologiæ
Licentiatò.



Adprobauit Egbertus Spitholdius S. T. L.
Canon, Antwerp. ac Censor, 12. Nouemb. 1610.

L



SERENISS. ET POTENTISS.

ALBERTO & ISABELLÆ
CLARÆ EVGENIÆ, AVSTRIE
ARCHIDVCIBVS, BELGARVM
PRINCIPIBVS PIIS,
FELICIBVS.

*Mulierẽ
fortẽ quis
inueniet.*

MAGNVS ille mundi fabricator Deus humanum in terris genus cum procreasset, virum præesse voluit, feminam verò obtemperare. Itaque non sine causa hanc naturã imbecillem ac fragilem, illum eximio quodam animi ac corporis robore, prudentiaq; singulari præditum videmus. Nimirum maiore quadam vi ac constantia opus erat viris, ad res omnes humanas ex æquo ac bono moderandas. Quo fit, vt mihi certè admirabilior, magisq; prædicanda feminarum, quàm virorum virtus videri soleat. Etenim si præclarum quodq; facinus tantò magis laudibus in cœlum efferimus, quanto pauciora ac minora præsidia illi, qui patrauit, credimus subministrata: non est, quòd ad eò miremur viros multa sapienter ac moderatè facere, quos ipsa Natura prudentes quodammodo atque excelsos genuit; sed mulieres corpore fragili, animo angusto ac paruo, fortes aliquando atque

atque inuictas sese præbere, id profectò
 suspiciendum, atque in primis laudandum
 puto. Ne longè aut altè exempla petamus;
 multi nostro sæculo illustres ac magnanimi
 heroes in his *Ignatius Loiola*, *Carolus Borro-*
maus, *Philippus Neri*, & alij existère: qui per
 se suosque rem Christianam mirificè auxe-
 runt ac propagarunt. Ex altero sexu vna
 ferè occurrit *TERESIA*, illa verè magna, ve-
 rà admiranda, verè *fortis mulier*, seu potius
 virgo, imò virago: vt æui sui Phœnicem
 non iniuriâ quis nuncupet. Hæc Abulæ in
 Hispania, singulari quadam Dei providen-
 tiâ, illis temporibus nata est, quibus *Lutherus*
 excucullatus apostata virus in Ecclesiam
 cœpit effundere. Ætate iam grandior mo-
 nasticen amplexa, ac demum austerioris vi-
 tæ cupida, supra muliebrem naturam, supra
 vires ac conditionem sui sexus se extulit.
 Plurimis namque monasterijs per Hispa-
 niam excitatis, prima uam sui Ordinis disci-
 plinam ad eò faustè instaurauit, vt non mo-
 dò virgines innumerabiles, sed viros quoq;
 doctrinâ & sanctitate eximios ad imitatio-
 nem pellexerit, atque ad cœnobia arctioris
 instituti condenda permouerit. Fuit autem
 progressus. Deo adiutante, tantus, vt Con-
 gr. gatio à *Sixto V.* in prouincias quinq; per
 Hispaniam distributa, & post à *Clemente VIII.*
 proprium nacta fuerit Præfectum Genera-
 lem. Quæ quidem cùm *Hispaniam* impleuif-
 set, &

An. 1515.

Dux fe-
mina
facti.

set, & ad *Occidentales Indos* palmites porrexisset, in *Italiam* demum pedem intulit, atque in ipsa vrbe *Roma* collegium seu Seminarium instituit, ex quo sodales feruentiores, doctrina, linguarum peritia, & alijs eiusmodi dotibus insignes, pro Christo legatione functuri, ad exterarum quasque nationes emitterentur. Itaque sacra signa militiæ inde in *Sarmatiam* ad Septemtrionem, in *Indiam Persiamq;* ad Orientem, & nuper in *Galliam Celticam* ac *Belgicam* sunt prolata. In vestram dico *Belgicam*, SERENISSIMI PRINCIPES: quibus non sat fuit, *Ven. M. Annam à Iesu*, *B. TERESIÆ* olim in terris sociam euocasse, sed virorum insuper religiosorum coloniam, *R. P. Thoma à Iesu* duce & antesignano, ex Vrbe in provincias hæc vestras deducendam, piè prudenterque censuistis. Gnari nimirum ac præscij, quantum sacer hic cœtus, Deo propitio, ad auitam religionem ac pietatem stabiliendam, hæresesque confutandas, progressu temporis, sit allaturus. Vidistis enim iam olim in *Hispania* ac sensistis, quàm feruens, quàmque potens *Carmelitanae* huius societatis sit spiritus; vestrumque in eam adfectum singularem prolixis iampridem beneficijs testati estis. Viuet certè atque ætatem feret aulæum illud tuum, SERENISSIMA PRINCEPS, quod sumptuosissimè atque artificiosissimè (opus enim materiam longè exsuperat) elaboratum,

tum, sacro B. TERESIAE tumulo exornan-
do obtulisti. Stabit item florebitque æter-
num illud vestrum Bruxellense cœnobium,
quod regio planè sumptu ac magnificentiâ
à fundamentis, haud procul palatio vestro,
excitatis. Ita vos Deus beatos faciat, ac
felices esse iubeat, OPTIMI PRINCIPES:
Belgicamque vestram, armis civilibus iam
positis, videre donet ab omni interno atq;
externo decore formosam ac florentem.
Antuerpiæ VIII. Kalendas Decembreis, an-
no Christiano cLo. lOc. x.

SER. mis CELS. bus VESTRIS

deuotissimus

AVBERTVS MIRÆVS.

L 3

LECTOR

LECTORI PIO

S. M. D.

DE sacro Carmelitarum ordine verba facturus, pauca quadam de huius instituti origine atque antiquitate prefabor. Anno ante Christi ortum circiter nongentesimo tricesimo Elias propheta clarissimus in Carmelo Syriae monte, quem cultu suo fecit insignem, prima instituti monastici fundamenta iecit: quae gra-

S. Hieron. uisimorum Patrum consensio est. Postquam enim ad Paulin. Dei iussu primogenitum suum, & ex asse paterna Ioan. Cas- laudis heredem Eliseum, ex agri cultura euocatum sibi sociavit; plurimos alios excelsum, & a 2. & alij. fluxu mundi curis exemptum vitæ genus affectan- Genebrar. tes (quos filios Prophetarum appellatos Scri- chronolog. ptura sacra demonstrat) in agmine illo primo recensuit: qui eius domum post raptum, in Oratorium tanti Vatis nomine decoratum in Carmelo dedicarunt.

Card. Ba- Nec Palaestina, Syriæ tantum finibus cœlestis ronius in institutio circumscripta est; in Ægyptum enim Annot. ad temporis excursu, lectissima gentis colonia, quos Martyrol. Effenos nuncupabant, deductæ sunt, ut Eliaz Rom. 20. imitatione Alexandria quoque claresceret. Quid- die Iulij. quid enim Orientis, Austriæ primores, quorum Genebrar- genere Monachorum cœtus gloriantur, tradidere: dus in chronol. quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat lib. 1. anno inuectum, non minima ex parte institutionis 3272. Eliaz

Elix quaedam expolitio, & ad nationes diuersas Trithem.
 coaptatio est; siue contemplationis studium, siue de laudib.
 solitudinem, siue austeritatem, siue paupertatem Carm. c. 3.
 velimus expendere. Omnia quippe capita hæc in Ioan. à Ie-
 cænobijs laudatissima, sic in eo Propheta splen- su Maria
 duerunt, vt Ioanni Baptistæ laudi Christus ver- Calaguri-
 terit, imaginem Elix ad viuum expressisse, quasi tanus in
 animi suspensio, eremus, asperitas, castimonia, in- vita B.
 pia. ceteraq; instituti monastici nota quibus Ioan- Theresia
 nes claruit, totidem Elix dotibus harmonice con- lib. i. c. 2.
 sentirent.

illi vero Prophetarum filij, Essenive Pale-
 stinam incolentes (quemadmodum & Esseni po-
 stea in Aegyptum traducti, miris exemplis cæptam
 institutionem, vsque ad Virginis partum produ-
 xerunt: neque enim Chaldeorum, aut aliorum Ioan. Hie-
 hostium feritas, quæ vindictam, spoliâq; sitiebat, rosolym. de
 in homines innoxios, & nihil mortale curantes instit. mo-
 defauit, Deo sic agente, vt tanti Vatis eruditio nach. c. 26
 ad eum, cuius typum prætulit, illa sa pertingeret.
 Cum ergo gens diuinis rebus addicta, id in Car-
 melo, quod in Oriente tres illi Reges Barlaam
 posteri, modis licet diuersis, moliretur, vt scilicet
 Deo intentissime vacaret, mox vt Christi splendor
 illuxit, bene comparata Euangelicæ veritatis stu- Arma-
 dium arripuit, & vna cum apostolis in opus prædi- chanus
 cationis incubuit. Cui fidem astruit Sacellum Archie-
 quod in Beatissimæ Virginis honorem ab ea exadi- pisc. in ser.
 ficatum auctores nonnulli prodiderunt. de festo
 Concept.
 Ioan. Hie-

Nec sane decuit Prophetae tanti posteritatem rosol. c. 31.
 ignauia torpescere, cum densas orbis terrarum & 36.

Polyd. lib. 7. c. 3. tenebras lux noua discuteret: sed antiquum pietatis cultum cum nouo potius conciliare, quem
Ioan. Hierosol. de institut. Monach. c. 36. & alij. & ipsa orbis domina Roma suspiceret. Strenuam ergo prima Christi sementi. & Virginis laudi cum Eliæ posteri operam nauarent, illustrissimum cognomentum adepti sunt, ut Virginis fratres appellarentur. Quem sanè honorificum titulum clementissima Regina. & visis, & miraculis uirum inuidiosam propugnauit; multisq; alijs prerogatiuis gentem auxit, inter quas superhumeralis, seu scapulare, temporis processu B. Simoni Anglicano donatum mirificè elucet. Noua igitur Christi agmina concepto fidei orthodoxæ calore validius dimicantia Virginis auxilio feliciter egerunt: & Carmelus cœlestibus iam uiris, quam plantis fecundior, cœpit animos excelsos procreare, ac in hunc modum non tam scripto, quam traditione instructus vsque ad annum à Christi natali quater centesimum perdurauit.

An. 400. Creuerat mirum in modum noua Virginis proles, quam scriptis iam legibus temperari opus erat: quamobrem Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha quadragesimus quartus (quem Molanus inter Sanctos refert) regulam à Scriptura sacra consilijs, & veterum Patrum, qui ab Eliæ tempore Carmelum incoluere, documentis contextam ei præscripsit. Series uero longa, sub ea Regula, per annos plurimos excurrit, multisq; laboribus & infestationibus Carmelus afflictus est: ad annum quidpe sexcentimum vsque numerosa proles increuit: at posthac persecutionibus grauissimis
 Ecclesia

Ecclesie hostium exagitata in patrio monte, quo *An. 800.*]
 se velut in asylum tota recepit, vsque ad octingen-
 tesimum annum perseueravit. Post eum vero an-
 num Pontifices Summi (à Leone illo, qui Pon-
 tificatum ad annum 848. gessit, vsque ad Gre- *An. 1078.*
 gorium VII.) statum rerum aduersarum com-
 miserati, gentem afflictam priuilegijs augere
 perrexerunt.

Verum interlapsis annis aliquot, Aymericus Aymericus
 Lemouicensis, Antiochenus Patriarcha, & Apo- *An. 1120.*
 stolica Sedis in Oriente Legatus, institutionem
 Eliæ pene collapsam conspicatus, regula Ioannis
 è Græco in Latinum traducta, & à multis Latinis,
 qui eò commigrauerant, exactiùs percepta, de-
 iectos animos in auitam obseruationem erigere
 studuit: & Eremitas Carmeli ad communem vitæ
 rationem Latinorum monachorum moribus con-
 sentaneam induxit. Refecit pius Patriarcha sedu-
 litate, ac auctoritate sua Carmeli vires, vt ali-
 quandiu vigerent: at post nonnullos annos, cum
 multa intellectu difficilia è Ioannis regula emer-
 gerent, quæ explanatione indigebant, B. Albertus *An. 1171.*
 Hierosolymorum Patriarcha breuiorem quandam
 regulam compendio, & perfectione laudatam edi-
 dit. Ceterum Eliæ posteritas à calore primo de-
 ferbuit, & excursu temporis, postquam fortiter
 egit, ab Innocentio IV. mitigationem impetra- *An. 1248.*
 uit. Nec tamen (quæ hominum imbecillitas est)
 satis propterea conquieuit; sed post exactos annos
 circiter ducentos; ab Eugenio IV. regulam *An. 1431.*
 rursus leniri curauit: quæ vsque ad nouissimam

reformationem à B. Virgine TERESIA ceptam
prolata est.

An. 1562. Anno igitur millesimo quingentesimo sexage-
simo secundo, sanctissima virgo Teresia regulam
Alberti ab Innocentio modicè temperatam, &
sub ipso temperamento pro primitiua habitam,
tam cupide amplexata est, vt primæuam illam ob-
seruationem, quæ Innocentij mitigationem an-
tecessit, si non superarit, certè æquarit; & ad sui
emulationem duos primùm Patres & sanctitate
& doctrinâ conspicuos, at quæ alios deinde innu-
merabiles, deposita Eug. nij mitigatione, per-
traxerit: vt in historia progressu luculentius
ostendemus.

Ceterum reformata hæc Congregatio plurimos
vtriusque sexus homines, vitæ morumq; sanctitate
illustres, orbi dedit. Ducem suam B. TERESIAM
emulata est in primis B. Catharina de Cardo-
na, è stirpe Cardonensium in Hispania Ducum
prognata, quæ multis miraculis sacræq; visionibus
clara, anno 1577. viuere desijt. Beata item Ca-
tharina à Christo, cuius anno 1598. defuncta,
& Pampelone in regno Nauarra sepulta vitam
scripsit Leonora à Misericordia, illius sode-
lis: insuper Beatrix ab Incarnatione, monialis
Vallisoletana; Catharina à Iesu, monasticen in
oppido Veas pronincie Batice professa, & alia
plurimæ suo loco à nobis celebranda.

Viros inter agmen ducat Ven. P. Ioannes à
Cruce, patriâ Methimnensis, qui demonibus, vt
alter cui nostri Basilius, formidolosus semper
existit.

exstitit. Hunc sequantur P. Augustinus à Re-
 gibus, Astigiensis, Hispanus; P. Franciscus
 cognomento Indignus, qui in Congensi Æthio-
 pum regno quam plurimos Christi castris adscri-
 psit; F. Franciscus à Puerò Iesu, cognomento
 Rusticus, laicus quidem, ut loquuntur, sed ob mi-
 ram sanctitatis opinionem à Clemente VIII. Pont.
 Max. & à Philippo II. Rege Catholico, eiusq. filio
 Philippo III. in veneratione habitus; F. Benedi-
 ctus à Iesu & B. Virgine, Catalanus Pastrana
 conditus; P. Petrus à Matre Dei, Darocensis,
 Hispanus, primus Italicae congregationis Praeposi-
 tus Generalis: qui Clementi VIII. Leoni XI. *Obijt an-
no 1608.*
 & Paulo V. summis ex ordine Pontificibus à *Roma.*
 sacris fuit concionibus, quoque vix aliquis Ro-
 mæ sanctior eo tempore reperiri posse cre-
 debatur; ut Baronius Annalium tomo XII. in
 rebus gestis anni 1187 predicat. Item P. Fran-
 ciscus à SS. Sacramento, Hispanus Neapoli in
 Italia an. 1609. defunctus, P. Iacobus Mediola-
 nensis, Italus; F. Andreas Burgensis, laicus;
 P. Antonius à Cruce, Darocensis; F. Didacus
 à Iesu, cognomento Silentarius, Segobiensis; &
 F. Bartholomæus laicus, qui in Nauarra oppi-
 do Tudela an. 1606. diem clausit extremum.
 Omitto P. Antonium à Iesu, qui primus nouæ
 huic reformationi praefuit: P. Nicolaum à Iesu
 Maria Genuensem, totius ordinis Generalem;
 P. Gregorium Nazianzenum, P. Marianum
 à S. Benedicto, Italum: P. Ioannem Bapti-
 stam: P. Dominicum à Præsentatione,
 P. Ioan-

P. Ioannem à Iesu Maria, *Pastranensem*, omnes
instituti eiusdem *Prouinciales*: P. Ioannem à
S. Simone, *Cantabrum*, P. Emanuelem à
Matre Dei, *Biacensem*, F. Didacum à Iesu,
coquum Vallisoletanum, aliosq; innume-
rabiles, alterà huius libri editione
plenius à nobis lau-
dandos.

